



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] iustitia semper sit ad alterum? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

perpetua dupliciter. Vno modo ex parte ipsius actus qui perpetuo durat. Et sic solius Dei voluntas est perpetua. Alio modo ex parte obiecti: quia scilicet aliquis vult perpetuo facere aliquid. Et hoc requiritur ad rationem iustitiae. Non enim sufficit ad rationem iustitiae, quod aliquis velit ad horam in aliquo negotio seruare iustitiam: quia vix inuenitur aliquis qui velit in omnibus iniuste agere. Sed requiritur quod homo habeat voluntatem perpetuam, & in omnibus iustitiam conseruandi.

Ad quartum dicendum, quod quia perpetuum non accipitur secundum durationem perpetuam actus voluntatis, non superflue additur, Constans. Ut sicut per hoc, quod dicitur, Perpetua voluntas, designatur quod aliquis gerat in proposito perpetuo iustitiam conseruandi: ita etiam per hoc, quod dicitur, constans, designatur quod in hoc proposito firmiter perseueret.

Ad quintum dicendum, quod iudex reddit quod suum est, per modum imperantis & dirigentis; quia iudex est iustum animatum, & princeps est custos iusti, ut dicitur in 7. * Ethic. Sed subditi reddunt quod suum est unicuique per modum executionis.

c. 6. a me. 10. 5.

Ad sextum dicendum, quod sicut in dilectione Dei includitur dilectio proximi, ut supra * dictum est: ita etiam in hoc quod homo seruit Deo, includitur quod unicuique reddat quod debet.

q. 25. a. 1

ARTIC. II.

Verum iustitia semper sit ad alterum?

319

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod iustitia non semper sit ad alterum. Dicit enim Apost. ad Rom. 7. quod iustitia Dei, est per fidem Iesu Christi. Sed fides non dicitur per comparationem vnus hominis ad alterum. Ergo neque iustitia.

sup 4. 57
art. 4. &
infr. a 8.
co. & ad
3. et vir.

¶ 2. Praeterea, secundum * Aug. in lib. de moribus Heel. ad iustitiam pertinet ob hoc, quod seruit Deo, bene imperare caeteris, quae homini sunt subiecta. Sed appetitus sensitivus est homini subiectus, ut patet Genes. 4. ubi dicitur, Subter te erit appetitus eius, scilicet

q. 2. a. 7.
ad 12.
* c. 15. et
ca med.
10. 10.

licet

30 QVÆST. LVIII. ART. II.
licet peccau, & tu dominaberis illius. Ergo ad iusti-
tiam pertinet dominari proprio appetitui. Et sic eris
iustitia ad seipsum.

¶ 3 Præterea, iustitia Dei est æterna. Sed nihil
aliud est Deo coæternum. Ergo de ratione iustitiæ
non est, quòd sit ad alterum.

¶ 4 Præterea, sicut operationes quæ sunt ad al-
terum, indigent rectificari; ita etiam operationes,
quæ sunt ad seipsum. Sed per iusticiam rectificantur
operationes, secundum illud Prouerb. xi. iustitia
simplicis dirigit viam eius. Ergo iustitia non est so-
lum circa ea quæ sunt ad alterum, sed etiam circa
ea quæ sunt ad seipsum.

*in c. de iu-
sticia, in
prin.* SED contra est, quòd * Tullius dicit in 1. de of-
fic. quòd iustitiæ ea ratio est, qua societas hominum
inter ipsos & vitæ communitas continetur. Sed hoc
importat respectum ad alterum. Ergo iustitia est cir-
ca ea quæ sunt ad alterum.

*q. prec. a.
1. 2. & 3.* RESPONDENDO dicendum, quòd sicut supra* di-
ctum est, cum nomen iustitiæ æqualitatem importet,
ex sua ratione iustitia habet, quòd sit ad alterum:
nihil enim est sibi æquale, sed alteri. Et quia ad iu-
sticiam pertinet actus humanos rectificare, *ve* dictum*
est: necesse est quòd æqualitas ista, quam requirit iu-
sticia, sit diuersorum agere potentium. Actiones au-
tem sunt supposito ù & totorum, non autè, proprie
loquendo, partium, & formarum, seu potentiarum.
Nò enim proprie dicitur quòd manus percutiat, sed
homo per manum: neque proprie dicitur quòd calor
calefaciat, sed ignis per calorem: secundum tamen
similitudinem quamdam hæc dicuntur. Iustitia ergo
proprie dicta requirit diuersitatem suppositorum:
& idè non est nisi vnus hominis ad alium. Sed se-
cundum similitudinem accipiuntur in vno & eodem
homine diuersa principia actionum, quasi diuersa
agentia: sicut ratio, & irascibilis, & concupiscibilis.
Et idè metaphoricè in vno & eodem homine dici-
tur esse iustitia, secundum quod ratio imperat ira-
scibi-

scibili, & concupiscibili, & secundum quod hæc obediunt rationi, & vniuersaliter secundum quod vnicuique parti hominis attribuitur, quod ei conuenit. Vnde & * Philosophus in quinto Ethicorum, hanc iustitiam appellat, secundum metaphoram dictam.

c. vl. 10 5

Ad primum ergo dicendum, quod iustitia, quæ sit per fidem in nobis, est per quam iustificatur impius: quæ quidem in ipsa debita ordinatione partium animæ consistit, sicut supra * dictum est, cum de iustificatione impij ageretur. Hoc autem pertinet ad iustitiam metaphoricè dictam, quæ potest inueniri etiam in aliquo solitariam vitam agente. Et per hoc patet responso Ad secundum.

1. 2. q. 113. a. 1.

Ad tertium dicendum, quod iustitia Dei est ab æterno, secundum voluntatem, & propositum æternum. Et in hoc præcipuè iustitia consistit: quamuis secundum effectum non sit ab æterno, quia nihil est Deo coæternum.

Ad quantum dicendum, quod actiones quæ sunt hominis ad seipsum, sufficienter redificantur, redificatis passionibus, per alias virtutes morales. Sed actiones quæ sunt ad alterum, indigent speciali redificatione non solum per comparationem ad agentem, sed etiam per cõparationem ad eum, ad quem sunt. Et ideo circa eas est specialis virtus, quæ est iustitia.

ARTIC. III.

Utrum iustitia sit virtus?

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod iustitia non sit virtus. Dicitur enim Luc. 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus. Sed non est inutile facere opus virtutis. Dicit enim Ambrosius in secundo de officijs, Vtilitatem non pecuniarij lucri asstimationem dicimus, sed acquisitionem pietatis. Ergo facere quod quis debet facere non est opus virtutis. Est autem opus iustitiæ. Ergo iustitia non est virtus.

320
5. Eth. 1.
2. c. 3.

c. 6. circa prin. 10. 2